

SCRIPTA

Numéro Scripta : 4752

Auteur(s) : Asnières-sur-Oise, Notre-Dame de Royaumont (abbaye, abbé)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1230, 20 mars

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Transaction entre Jourdain du Mesnil, chevalier, et Jean, son frère, aussi chevalier, au sujet de la propriété d'une saussaie à Acquigny.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Andrieux Jules, *Cartulaire de l'abbaye royale de Notre-Dame de Bon-Port de l'ordre de Cîteaux au diocèse d'Évreux*, Évreux, Hérissé, 1862, n° LXXIII, p. 73-74.

Dissertation critique

Mars 21, 1229 est proposé par Andrieux.

Texte établi d'après a

Abbas et prior de Regali Monte et H., canonicus Sancte Marie de Campis, de Bello Monte, universis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod com dissensio esset inter dominum Jord[anum] de Mesnillio, militem, ex una parte, et dominum Johannem, militem, fratrem ejusdem Jord[ani], ex altera, super sauceia sita juxta haiam de Aquigni, dicti fratres, de bonorum virorum consilio, pro bono pacis, compromiserunt in arbitros, videlicet in magistrum Th. de Sancto Taurino, electum dicti Jordani, et B. de Calvomonte, electum domini Johannis, super dicta sauceia, sub hac forma : quod dicti arbitri inquirerent de jure utriusque partis, per testes et instrumenta, prout, fide corporali prestita, partes promiserunt, in bona fide duxerint producenda tali modo, quod, si dicti arbitri inter se super dicto arbitrio concordaverint, dictum ipsorum servabitur a partibus ; si autem dicti arbitri discordes extiterint, elegerunt partes tercium, videlicet abbatem Boni Portus, cujus dictum, si cum aliquo dictorum arbitrorum concordaverit, observabitur, non obstante tercii contradictione. Siaut em dictos duos arbitros, aliqua causa impediens, habere nequiverint, uterque dictorum arbitrorum loco sui electi quum habere nequiverit, alterum eliget, infra octo dies postquam sciverit quod eum habere non potuerit. Si autem contingerit quod dictum abbatem, tercium electum, habere non possint, dicti duo arbitri, vel alii loco ipsorum, electi loco abbatis Boni Portus, eligerent alium..... cujus pronunciatum, dum com aliquo dictorum arbitrorum H. et G. pronunciatum concordaret, observabitur, sicuti de pronunciatum abbatis Boni Portus dictum est. Promiserunt autem partes quod ea pars contra..... esset pronunciatum superdicto compromisso ei parti cui dicta sauceia adjudicabitur solveret decem libras parisienses pro expensis in litte factis ; de qua pena dictus Johannes dictum Jordanum penitus quitavit, si pro eo pronunciaretur. Promisit etiam utraque pars quod veniret ad dies assignandos a duobus dictis arbitris sub pena centum solidorum pariensium, ab illa parte solvendorum, qui non veniret per se, vel per procuratorem sufficientem, ei parti igitur veniret in propria persona, vel procuratorem mitteret sufficientem, dicta autem pena, et qualibet die debet solvi in qua deficiet altera parcium, quominus veniet ad execucionem dictorum duorum arbitrorum, vallant etiam dictum arbitrium pena centum

librarum parisiensium solvendarum parti observanti, pronunciatum a dictis arbitris super dicto compromisso, ab ea parte que a pronunciato resiliit. Fidem autem prestitit utraque pars de dictis centum libris solvendis, prout dictum est, et de hoc debent dare fidejussores sufficientes, prima die qua coram arbitris..... de omnibus autem retroactis que.... si dictum arbitrium fuerit pronunciatum, si se dicti fratres ad invicem quitaverunt, et si dictum arbitrium non fuerit pronunciatum infra Accensionem Domini, coram dicto abbate de Regali Monte et conjudicibus suis, in eo statu in quo erant, die mercurii..... post letare Jerusalem ad occacionem eorumdem judicum, secundum retroacta, processuri comparebunt, et omnia erunt partibus salva que, dicta die mercurii, salva erant. Hec autem omnia supradicta, bona fide, dicti fratres juraverunt observasse, et etiam qui[c]qui[d] dicti arbitri viderint de jure esse addendum observabunt.

Datum anno Domini M° CC° XX° nono, dicta die mercurii post letare Jerusalem.